



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum obiectum eius sit beatitudo æterna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS II.

¶ Super quaestione de
eterna spe prima articu-
lum secundum.

¶ *num beatitudo aeterna sit obiectum
proprium spei.*

3. dif. 26. q. 2.
ar. 2. cor. 1. fi. &
ad 2. Et uir.
q. 4. ar. 1. & 4.
cor. 1. fi.

IN ar. 2. eiusdem quae-
stionis dubium oc-
currit, de qua bea-
titudine aeterna sit
hic sermo. I. de for-
mali, an obiectiua.
Quod n. sit sermo de
formali, patet ex eo
q. effectus diuinae uir-
tutis in litera dicitur
uero de obiectiua, &
patet ex eo, q. subdi-
tur. Non enim min-
us aliquid a Deo spera-
dum est, q. ipse sit. Et
huic dubio annecti-
tur alterum, quo co-
textus literae in hac rō-
ne consonat sibi ipsi, ad
sumens quod esse debet
oportet causae p. o-
portionari, & sublu-
mens Deum pro effe-
ctu proportionato,
cū effectus ratio-
nis habere nō possit.

¶ Ad hoc dicitur q. sermo
praesens est de beati-
tudine obiectiua, &
formali: sed de bea-
titudine formali con-
tingit loqui duplici-
ter. Primo secundum
id, quod in se forma
liter est. Secundum se-
cundum quod est ta-
lis obiecti. Praesens ser-
mo est de beatitudi-
ne formali, ut est ra-
lis obiecti, id est, ut
est affectio Dei. Hoc
enim est principale
consideratum i bea-
titudine hic. & sic a
principaliter attingit
Spes enim, ut in-
fra patebit, principa-
liter est de Deo, & de
beatitudine formali
non est, nisi ut est ad
Deum coniunctio.
Et ideo principaliter
est sermo hic de bea-
titudine obiectiua
connotante forma-
lem. Et propterea li-
tera & effectus me-
minit, & Dei: utrum-
que enim hic inueni-
tur. Nam beatitudo
formalis, effectus est
quidam diuinae uir-
tutis coniungens Deo.
Vnde non subsumit
Deus ut effectus, sed
ut obiectum effe-
ctus, ut etiam ipsa li-
tera uerba indicant.
Et sic omnia conso-
nant.

Ad Heb. 6.
gl. ordinaria
ibid.
Et. praed.

AD SECVNDVM sic proce-
dit. Videtur, q. beatitudo
aeterna non sit obiectum propriū
spei. Illud enim homo nō sperat,
quod omnem animi sui motum
excedit, cū spei actus sit quidā
animi motus: sed beatitudo aeterna
na excedit omnem humani ani-
mi motum, dicitur n. Apostol. 1. ad
Corinth. 2. Quod in cor hominis
non ascendit, ergo beatitudo nō
est proprium obiectum spei.

¶ 2. Præter. Petitio est spei interpre-
tatiua: dicitur n. in Psal. 36. Reue-
la Domino uiam tuam, & spera
in eo, & ipse faciet: sed homo pe-
tit licite a Deo non solum beati-
tudinem aeternam, sed etiam bona
praesentis uitae, tam spiritalia, q.
temporalia, & etiam liberationem
a malis, quae in beatitudine aeterna
non erunt, ut patet in Oratio-
ne dominica, Matth. 6. ergo beati-
tudo aeterna non est propriū ob-
iectum spei.

¶ 3. Præter. Spei obiectū est arduū:
ergo in comparatione ad hominē
multa alia sunt ardua, quā bea-
titudō aeterna: ergo beatitudo aeterna
non est propriū obiectū spei.

SED CONTRA est, quod Apof.
ad Hebr. 6. dicit: Habemus spem in-
cedentem. i. incedere facientē ad
interiora uelaminis. i. ad beati-
tudinem caelestem. ut * glo. ibidem
exponit: ergo obiectum spei est
beatitudo aeterna.

RESPON. Dicendum, sicut *
dictū est, spes, de qua loquimur,
attingit Deum innitens eius auxi-
lio ad consequendum bonū spe-
ratum. Oportet autem effectum
esse causae proportionatum: & iō
bonum quod proprie & principa-
liter a Deo sperare debemus, est
bonum infinitum quod propor-
tionatur uirtuti Dei adiuuantis.
Nam infinite uirtutis est propriū
ad infinitum bonum perducere.
Hoc autem bonum est uita aeterna,
quae in fruitione ipsius Dei cō-
sistit. Nō enim minus aliquid ab
eo sperādū est, quā sit ipse, cū
non sit minor eius bonitas, per q.
bona creaturae communicat, q. ei-
us essentia: & ideo propriū &
principale obiectum spei est bea-
titudō aeterna.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q. beatitudo aeterna
pfecte qdē in cor hominis nō ascendit, ut. i. cognosci
possit ab hoīe uiatore, quē, & qualis sit, sed s. m. com-
munem rōnem. s. boni perfecti cadere potest in ap-
prehensione hominis: & hoc modo motus spei in ip-
sam cōsurgit. Vnde & signāter Apostolus dicit, Spes

incedit usque ad interiora uelaminis: quod
speramus, est nobis quasi adhuc uelatum.
AD SECVNDVM dicendū, q. quae-
stionem non debemus a Deo petere, nisi in ordi-
tudinē aeternam. Vnde & spes quidem
liter respicit beatitudinē aeternam. Alia
tuntura Deo, respicit secundariō in ordi-
tudinē aeternam: sicut & fides principa-
liter respicit Deum, & secundariō respicit ea, quae
ordinantur, ut supra * dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod hō
ad aliquid magnum, parū uidetur contentus
est eo minus: & iō homini speranti beatitudi-
nam, habito respectu ad istam spem, nihil
arduum: sed habito respectu ad facultate
pōtēt quaedam alia esse ardua, & secundum
rum potest esse spes in ordine ad principa-

ARTICVLVS III.

¶ *num aliquis possit sperare alteri beatitudinem*

AD TERTIVM sic proceditur. Vt
sit sperare alteri beatitudinem aeternam.
n. Apof. Philipens. 1. Consi dens hoc
cepit in uobis opus bonū, perficiet uobis
fili Iesu: perfectio autē illius diei erit beatitudo
ergo aliquis pōt alteri sperare beatitudinem
¶ 2. Præter. Ea q. a Deo petim, speram, obiectum
sed a Deo petim, q. alios ad beatitudinē
cat, s. m. illud lac. ult. Orate pro inuicē
ergo postumus aliis sperare beatitudinem
¶ 3. Præter. Spes, & desperatio sunt de eodē
potest desperare de beatitudine aeterna
quin frustra diceret * Aug. in lib. de Ver-
nemine esse desperandum, quōd uim
sperare aliquis alteri uitam aeternam.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit, in
spes non est nisi rerum ad Deum perti-
curam eorum, qui spem habent, gerere
RESPON. Dicendū, q. spes pōt esse alium
Vnō mō absolute, & sic ē solus boni
tinentis. Alio mō ex p. suppositione alteri
esse etiam eorum, quae ad alium pertinet
evidentiam sciendū est, quod amor, &
differunt. quod amor importat quādam
amantis ad amatum: spes autē importat
rum, siue protensionem appetitū in
arduum: unio autem est aliquorum
iō amor directē pōt respicere alium, quē
nit p amorē, habēs eū sicut seipsum. Alio
ad proprium terminū proportionatū
spes directē respicit propriū bonum, quod
terum, iam aliquis pōt sperare, & desiderare
tam aeternam, in quantum est ei unitus
Et sicut est eadem uirtus charitatis, quae
Deum, seipsum, & proximum. ita etiam
tus spei, quae quis sperat sibi ipsi, & alii
tet responso ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ *num aliquis possit licite sperare in bono*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur
quod aliquis possit licite sperare in bono
biectum est beatitudo aeterna: sed hoc
eternam consequendam adiuuantem
eternum. dicit enim Grego. 4. in 1. Dialogo
destinatio in uatur praebus Sancto
potest in homine sperare.